

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Eilhard Lubin Martin Hallervord

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae. Ex P. Mornaei, De Eadem Libro  
: Tertia, Quid Sit Deus**

Rostochii: Reusnerus, 1601

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756641357>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.  
Lubinus, Eich.  
Disp. de veritate relig.  
christianae 1-24.  
1602:03.  
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De venturo religione christiana I	
②	Dar. Reoxilius, De ver. rel. chr. II	1601
③	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. III	1601
④	Joh. Bucerius, De ver. rel. chr. IV	1601
⑤	Abr. Dantrot, De ver. rel. chr. V	1601
⑥	Th. Frisius, De ver. rel. chr. VI	1601
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. VII	1601
⑧	Boc. Regius, De ver. rel. chr. VIII	1601
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. IX	1601
⑩	Joh. Wataham, De ver. rel. chr. X	1601
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XI	1602
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XII	1602
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XIII	1602
14	Frid. Crispius, De ver. rel. chr. XIV	1602
15	Dar. Reoxilius, De ver. rel. chr. XV	1602
16	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. XVI	1602
17	Th. Frisius, De ver. rel. chr. XVII	1602
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XVIII	1602
19	Joh. Frisius, De ver. rel. chr. XIX	1602
20	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. XX	1602
21	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. XXI	1602
22	Joh. Wataham, De ver. rel. chr. XXII	1602
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XXIII	1602
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XXIV	1602

3.

Disputationum  
DE VERITATE  
RELIGIONIS  
CHRISTIANÆ.

EX P. MORNÆI, DE  
EADEM LIBRO,


Tertia,  
QVID SIT DEVS,  
*Quam*

DEO DVCE ET AVSPICE  
P R A E S I D E  
EILHARDO LVBINO,

*In alma Rosarum Academia defen-  
dere conabitur*


MARTINVS HALLERVORDIVS  
Osnaburgensis VVestph.

*Hora & loco consueto.*



ROSTOCHII

Eximbebat Christophorus Reusnerus,





ΣΤΝ ΘΕΩ.

DISPUTATIO III.

QVID SIT DEVS.

I.

**T** Deum esse & unum esse, & mundi & hominis vel minimâ parte abundè demonstrari, superius satisuperq; demonstratum est. Proximum est, ut videamus Quid Sit Deus.

II.

Hoc autem neq; Mundus neq; homo demonstrare, neq; homo ex mundi & sui contemplatione unquam possit addiscere.

III.

Neq; enim homo, (cujus natura fluxa & finita, ad Deum collata nihil est, cuiusq; cognitio à sensu tantum est) Dei naturam fixam, æternam, & infinitam, quam nunquam sensibus comprehendit, sed ex operibus tantum colligit, potest comprehendere.

IV.

Imò verò homo, ne illa quidem, quæ se inferiora sunt, bruta, plantas, & elementa, multo minus quæ sibi æqualia sunt homines & seipsum potest cognoscere. Tantum abest ut comprehendat immenso intervallo se majus Deum.

V.

Mundus etiam hic, opus & effectus, & radius Solis mundi intelligibilis, Dei, causæ suæ excellētiā & magnitudinem non potest adæquare.

A.

Imo

V I.

Imo creatura ex creaturæ alterius etiam sibi æqualis, quam videt, operibus, nobilitatem illius creaturæ non potest cognoscere. Longè ergo minus ex creatoris operibus naturam & essentiam creatoris, quam non videt. VII.

Vnde passim antiquissimi & Sapientissimi Philosophorum dicunt, Dei naturam investigare impossibile pariter & impium esse.

VIII.

Interim quibuscunq; potuere nominibus ipsum expresserunt. Cum ab eo omnia sint, Summum Ens appellarunt; & quia Summum, æternum; & ne Ens sine vita nihilo proximum videretur, vivum; ne vita sine mente inanis videretur, sapientem; ne sapientia sine potentia vana esset, omnipotētē. Et ne omnia illa sine bonitate noxia essent, Bonum nominarunt.

IX.

Et omnes tamen hæ appellationes vel in summo gradu Deō ab homine attributæ, Dei magnitudini non respondent. Eo quod Deus infinitus, æternus, ubiq; sit; homo autem finitus, in tempore, & loco, finita, temporalia, localia tantum, nihil autē ultra vel supra se, Dei infinitā majestate dignum, animo possit concipere.

X.

Hinc passim etiam à Philosophis dictum; Deum ab homine nec mente comprehendendi nec linguā enunciari posse; De quo hoc unum adfirmando scire & cognoscere possit, quod Deum scire & cognoscere per se non possit.

XI

Vt verò adfirmando, quid Deus sit, scire nemo potest

poteſt; ita contra negando, quid non ſit Deus, cognoſce-  
re & ſcire facillimum eſt. Niſirum quem poſſumus me-  
lius cognoſcere, non conponendo Deum cum rebus &  
attributis mundanis, ſed illum, tanquam infinito inter-  
vallo ſuperiorem, ab ijsdem removendo.

XII.

Principio Deum mobilem negamus, hoc eſt IMMobi-  
LEM dicimus. Nam in motu omnium neceſſario ad pri-  
mum motorem deducimur, qui eſt immobiliſ. Negamus  
& mutabilem, hoc eſt IMMUTABLEM dicimus, tum quia  
mutatio motus ſpecies eſt, tum etiam quod ſe fortius ni-  
hil habeat, à quo immutari poſſit. Et qui niſi immobiliſ  
& immutabiliſ eſſet, neq; ullus motus fieri, neque ulla  
mutabilis natura in mundo vel ad momentum durare  
poſſet.

XIII.

Quia ergo motus eſt mutationem, quæ fiunt in tem-  
pore, non ſentit, neq; tempus (quod eſt motus, terminos  
a Quo initium, & ad quem finem habens) ſentiet, hoc eſt  
finem & principium non habet, & ob id ÆTERNVM dici-  
mus, & tempore ſubiectum negamus.

XIV.

Quia autem æternus eſt Eſſe ſuum Totum & Simul  
habet, hoc eſt, non habet in ſe potentiam paſſivam, quâ  
pleniorem formam futuro tempore adquirat, ſed eſt ME-  
RVS TOTVS, & PRÆSENS ACTVS.

XV.

Vnde conſequenter negamus eum materialem, vel  
potentiæ paſſivæ, quæ eſt in materiâ (quæ purè paſſiva  
eſt) ſubiectum, hoc eſt, SIMPLICEM dicimus: tum quod  
compositum ijs, ex quibus componitur ſit posterius: tum  
quod illa, ex quibus quid componitur, ante compositio-  
nem potentiâ paſſiva jungi potuerunt: tum deniq; quod,

A 3

qui

qui omnia novit, simplex esse debeat, & æqualis ad omnia, hoc est nulli materiali naturæ adfinis,

XVI.

Quia autem Simplex, erit & INCORPOREVS, cum corporis sint partes, Et ob id neq; loco contentus, Nam omne corpus est in loco. A quo tamen tanquam à summo Ente, cum sint & conserventur omnia ipse omnia continens, à nullo contentus, omnibus locis adest, totus & simul præsens, sine ullâ confusione & commixtione cum rebus, aut locis. Ut & mens humana sine commixtione sui rerum formas quodam modo potest attingere, & Sol suis radijs. Est ergo & V BIQ VE.

XVII.

Quoniam vero est ubiq;, est necessario INFINITVS, non corpore quidem sed Mente, non quantitate, sed, ut sic loquar, qualitate, virtute, potentia. Erit ergo & OMNIPOTENS.

XVIII.

Hisce ergo nominibus non designatur quid Deus sit, sed quid non sit, videlicet quod sit CONSTANS sine motu, STABILIS sine mutatione, ÆTERNVS, sine tempore, ACTVS MERVS sine potentia passiva, SIMPLEX sine materiâ & corpore. VBIQVE & omni præsens sine loco, OPTIMVS sine qualitate, MAXIMVS sine quantitate, INFINITYS sine termino, OMNIPOTENS sine ullo impedimento.

XIX.

Ex quibus omnibus unicum illud simplicissimum affirmando colligimus, quod sit Ens omnium entium causâ.

XX.

Quem igitur, quia in suâ essentiâ comprehendere non possumus, ex contemplatione effectuum operumq; suorum duobus modis in cognitionem ejus possumus apprehendere.

Vt

### XXI.

Vt Deum, rerum creatarum hominum opinione maximis & nobilissimis, omnibusq; earundem virtutibus & perfectionibus immenso intervallo magnitudine, potentia, bonitate, veritate, sapientia, vita, unitate, & simplicitate ultra supremum omnis creatae perfectionis gradum statuamus.

### XXII.

Deinde, ut eum rerum creatarum defectibus & imbecillitate, quantum mens humana cogitando possit removere, infinito spacio, immensoq; intervallo longe latèq; abesse sentiamus.

### XXIII.

Et quem, quoniam, dum in corpore hic sumus, cognoscere non possumus, amare autem & admirari hic possumus, amando & demirando plus proficimus, minus laboramus, illi magis obsequimur: Praestat eum amando & demirando possidere, quam querendo & rimando per cognitionem, quem querimus, nunquam invenire. Illi Incomprehensibili, Ineffabili & VNI QVI EST, sit æternum laus & gloria.

## AXIOMATA ET COROLLA

### L A R I A.


1. Infinitum & aeternum à finito & temporali non est comprehensibile.
2. Finitum accumulatum infinitum evadere nequit, ut nec numerus aggregatus, infinitus.
3. Effectus suā causā semper minor.
4. Plenè rem cognoscere & eandem facere posse sunt ejusdem.
5. Quidquid se non novit non est à se, sed à potentiore alio.
6. Qui seipsum plenè cognoscit, seipsum fert.

7. *Omnis creati ad creatum est quedam proportio.*
8. *Creatura ad Creatorem nulla est proportio.*
9. *Dei essentia homo nihil dignus vel cogitare vel loqui ex se potest.*
10. *Deus mala & injusta agere & præcipere nequit, ne ex hypothesi quidem.*
11. *Omnia varia & multiplicia Deo attributa in Deo sunt unum.*
12. *Deus est πολύωνυμος, & αἰώνυμος.*
13. *Deus quia SOLVS ET OMNIA EST, nec nomine indiget, nec nomine potest comprehendendi.*
14. *Quidquid non simul totum est, verè non est Ens.*
15. *Ex quo quid factum est, in illud potest resolvi.*
16. *Quidquid unum non est, est materiale.*
17. *Quidquid se non novit, seipso est superius, & suprase in se alii quid habet, non à se profectum.*
18. *Summum Ens est in & ex se Reliqua omnium non sunt, in se vel ex se, sed ex alio.*
19. *Vnum de Deo affirmativè dici tantum potest, quia est unus. Infinita negativè, ut illis una unitas à reliquis, que multa sunt, discernatur.*
20. *Infinitum effectu & defectu id est Bonum & Malum cognoscimus non adfirmando, sed negando & removendo tum virtutes, tum defectus rerum creatarum, à quibus Bonum removemus negando, ob infinitam potentiam & virtutes. Malum vero ob infinitam impotentiam & defectum.*
21. *Quod quis producere debet, ejus nihil in se habeat necesse est.*









ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne vir-  
ant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus  
nt, ad constellationem referunt, quâ mundum  
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-  
tominari supponunt, quæ vesanorum hominum  
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus totæ regiones, urbes, oppida, familiæ,  
imis sâpe religionibus imbuti, qñ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ  
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere  
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-  
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-  
â, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias  
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ  
ex fio) prius inter se insulsi & insaní convenient, an-  
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis  
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,  
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod ne-  
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones  
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius  
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-  
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-  
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso  
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis  
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-  
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-  
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-  
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo  
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica  
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-